Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ut traderet eum iudas symonis
scharioth. sciens quia omnia
dedit eum pater in manus et quia
a deo exiuit et ad deum vadit. sur
git a cena et posuit vestimenta
sua. Et cum accepisset linteum
cinxit se. deinde mittit aquam in
pelvim. et cepit lauare pedes
discipulorum et extergere linteo
quo erat cinctus. Venit ergo
ad symonem petrum. Et dicit
ei petrus. Domine tu mihi lauas
pedes: Respondit ihesus et dixit ei.
Quod ego facio tu nescis mo
do. scies autem postea. Dicit ei
petrus. Non lauabis mihi
pedes in eternum. Respondit ei ihesus.
Si non lauero te. non habebis
partem mecum. Dicit ei symon pe
trus. Domine non tantum pedes:
sed et manus et caput. Dicit ei
ihesus. Qui lotus est non indi
get nisi ut pedes lauet. sed est mun
dus totus. et vos mundi estis.
sed non omnes. Sciebat enim qs
nam esset qui traderet eum. Pro
ea dixit non estis mundi omnes.
Postquam ergo lauit pedes eorum
et accepit vestimenta sua. et cum
recubuisset iterum dixit eis. Sci
tis quid fecerim vobis: Vos vo
catis me magister et domine. et bene di
citis. Sum etenim. Si ergo ego
lauo pedes vestros dominus et magister: et
vos debetis alter alterius laua
re pedes. Exemplum enim dedi vo
bis. ut quemadmodum ego feci vo
bis: ita et vos faciatis. Credo no
die. Off. Dextera domini fecit virtutem
dextera domini exaltauit me non moriar
sed viuam et narrabo opera domini. Secr.
Ipse tibi quesumus domine sacerdos
omnipotens eterne deus sacrificium
nostrum reddat acceptum qui discipu
lis suis in sui memoriam hoc fieri hodierna traditione monstra
uit ihesus xpus dominus noster. Per
ipsum. Qui saluare. Dum sacri me
ladis. Infra actionem. Communicantes et diem sacratissi
mum celebrantes quo dominus no
ster ihesus xpus pro nobis traditus
est. Sed et memoriam venerantes imprimis gloriose semper
uirginis marie genitricis eius
dei et domini nostri ihesu christi. Hac igitur oblatione seruitutis nostre.
sed et cunctae familie tue. quam
tibi offerimus pro hac
in qua dominus noster ihesus tradi
dit discipulis suis corpus et
sanguinem suum mysteria celebranda
Quam domine ut placatus ac
cipias diesque nostros in tua pace